



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 64. Jacobi Augusti Thuani Historia Romæ affixa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

ciem amplecti, quam novellam recens adve- Sæc. XVII.  
dam Parisiis vestimenti formam. A. C. 1609.

Priorum me miseret, modo tamen paci  
studeant, non odi: quin si ipse privatus es-  
sem, ab eorum amicitia & societate non ab-  
horrerem. Apostatas autem suæ sectæ per-  
ditissimos osores non possum fateor non odif-  
fere. Neque a me plus unquam exspectent fa-  
voris, quum ipsa mihi justitiae lex injunxe-  
rit, adversus hos leges severissime cuperem  
exerceri, leges & vos sedulo in id incum-  
bere ne lateant. Hisce aliquot annis quic-  
quid patrimonii mei celabatur, certatim a  
me multi petebant; liceat mili vicissim unam  
rem, quæ celari solet ab Episcopis & Judi-  
cibus petere, ne celentur amplius Papistæ.

Hac oratione, cum Rex, nimis a-  
perte testificaretur, quod supremam &  
absolutam imperii auctoritatem sibi ven-  
dicare meditaretur, hinc utriusque Cu-  
riæ Senatores nil intentatum inausum-  
que relinquere decreverant, ut se se Re-  
gis consiliis opponerent, prout progressu  
temporis factum videbimus.

### §. LXIV.

#### *Jacobi Augusti Thuani Historia Romæ affixa.*

Die nona Mensis Novembris hujus an- Argentre  
ni Pater Ludovicus Ystella Va- collect. judic.  
lentinus Ordinis Fratrum Prædicatorum tom. 3.

Dd 3 Ma-

Sæc. XVII. Magister Sacri Palatii præter alios se-  
A. C. 1609 ptem libros ex mandato Sacræ Congre-

*Pieces con-  
cern l'hist.  
de Thore  
lett. du P.  
Richeom.  
20. Juin.  
1610.*

*Epist.  
Thuan. ad  
Dupuy  
pag. 328.*

gationis Historiam Jacobi Augusti Thua-  
ni inter libros prohibitos recensuit, &  
lectione hujus libri interdixit: Hæc cen-  
sura postmodum fuit innovata die de-  
cima Maji anno Christi millesimo septin-  
gentesimo quinquagesimo septimo. In-  
simulabantur Jesuitæ, quod Romæ hu-  
jus libri interdictum promovissent, &  
qua tamen calumnia Pater Ludovicus  
Richeomius Societatem suam vindica-  
bat, datis hanc in rem ad Thuanum  
literis. Inter ceteros, quibus hunc li-  
brum discutiendi cura erat demandata,  
præcipuus erat Antonius Carracioli  
Theatinus, qui depromptis pluribus  
propositionibus censura dignis de primis  
duobus tomis sequens pronuntiabat ju-  
dicium: *censeo hunc librum esse prohiben-  
dum ac supprimendum; si enim omnes offen-  
sivæ propositiones expungerentur, in hac  
Historia nullus ultra integer sensus remane-  
ret, totusque liber inutilis esset: quoad Au-  
thorem vero, attento implacabili odio erga  
Sacram Sedem & summos Pontifices, uix  
dubium est, illum esse Calvinistam: præterea  
Tridentinam Synodum carpit, summosque  
redarguit Pontifices, in amplas autem lau-  
des erga hæreticos, Condæum Principem,  
Navarræ Regem & Montmorentium pra-  
cipuos in Gallia hæresis fautores excurrunt:*

*confu-*

consulendi tamen sunt Perronius & Henri- Sæc. XVII.  
cus, an hunc librum ad hæreticos primæ A.C. 1609.  
classis rejicere expediat. De hac censura  
vehementer querebatur Thuanus, qui  
cuncta, quæ in prima editione offen-  
sioni fuissent, in proxima se correcturum  
spopondit: imputatum vero in hæreti-  
cos affectum rationibus in sua præfa-  
tione adductis vindicabat, se vere Ca-  
tholicum professus: quod autem quæ-  
dam Pontificibus minus grata inferue-  
rit, excusabat his verbis: *Gallus sum,*  
*in Galliis scripsi, & quidem servente tu-*  
*multu: Doleo, quod labor meus Ultra-*  
*montanis displiceat: verum nec violandas*  
*esse Historiæ leges, nec omnibus displicen-*  
*dum censeo, ut uni soli placeam.* Cete-  
rum Thuano non paucos errores acriori  
censura exprobratos videre est in Tomo  
XVII. Gretseriani Indicis: adversus e-  
undem pariter calatum acuebant Scio-  
pius, Odericus Raynaldus, Laderchius  
ac præcipue Joannes Baptista Gallus  
Jureconsultus, editis annotationibus,  
quas tamen anno Christi millesimo sex-  
centesimo vigesimo Petrus Dupuy edita  
Thuani apologia confutabat, easque  
Parisiensis Prætor tanquam infamem li-  
bellum jam anno Domini millesimo sex-  
centesimo decimo quarto die septima  
Junii proscripterat. Non defuere ta-  
men ex ipsis Catholicis, qui Thuani

Dd 4

Histo-

Sæc. XVII. Historiam deprædicarent, imo ipse e.  
A. C. 1609. tiam Perronius, Aquaviva, Viscontius,  
Sfortia aliisque eruditissimi Cardinales  
in suis ad Thuanum epistolis hujus Historici Annales commendabant: Scrip-  
pferat quoque idem Perronius ad Thua-  
num, quod Paulus V. hujus Historie proscriptio-  
nem sollicitantibus responde-  
rit, caverent, ne *ipsis expobretur*, quod  
*operis præstantiam & piam Authoris inten-*  
*tionem non introspexerint.* Præterea il-  
lum magni faciunt Acatholici, mutua  
fricatione vices eidem reddentes; ex  
quibus Langletus ipsum deprædicat tan-  
quam sincerissimum, & ex Scriptoribus  
Sæculi XVI. exactissimum, qui tantum  
supra vulgus Historicorum fide, judi-  
cio, probitate & moderatione eminet,  
quantum genere & sanguine officiique  
auctoritate plebem promiscuam supera-  
verat. Merito tamen carpendus vi-  
detur quod nimia libertate usus sit, ac  
potissima ex Acatholicis, quibus ejus  
Historia ex integro probatur, relictis  
Catholicis Scriptoribus deflorarit, in-  
que vertendis nominibus propriis ni-  
mium exactus obscuram reddiderit Hi-  
storiam suam. Ita nempe ad genium  
Lectoris habent sua fata libelli.

§. LXV.  
*Alia Scripta Romæ proscripta.*  
Eadem

Rigault cont.  
Thuan. l. 2.  
pag. 266.